



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Incipiens ab exordio Imperij Arcadij & Honorij Augustorum, Anno Domini
CCC. XCV. perueniens vsque ad CCCC. XL. continet annos XLV. ita
dispositus, vt commodè sextus tomus à S. Leone Magno Pontifice Maximo
inchoetur

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 424. Caelestini Pap. Annus 1. Theodosii Imp. Annus 17.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14566

prole, etiam Ecclesie ex monasterio, in quo ab incunabulis alienit. Nam ipse de se in epistola ad Nominum Consulem, sine Consulare, habebat: illud adiciam (quod quidem calamitates me cogunt hoc dicere) quod ante meam conceptionem genitorum meo Deo offerre solliciti sunt, & ab incunabulis iuxta suis promissiones me Deo dedicarunt, & tali cibo me educarunt. In monasterio vero, quomodo Episcopus factus sum, commemoratum esse. Inuitus Episcopus fueram ordinatus. haec de se ipse. Creatus vero Episcopus a Theodoro primo, deinde a Iohanne eius successore Episcopus Antiochenus Antiochia retentus est, vt pro concione populum edoceret. testatur id ipse. Pollebat enim mira dicendi facundia diuini litteris, necnon externis apprime imbutus, vt eius scripta contra Gentiles satis aperte fidem faciunt; licet de homilibus, quas ad populum habuit, nec vna supersit. Porro quod ipse ait, tot annis iuxta Antiochenorum Episcoporum domiciliis in Ecclesia populum Antiochenum, non sic accipiendum est, vt Antiochia semper manserit; cum conset ex suis ipsius scriptis, etiam in Ecclesia sua Cyri degisse: sed potius aliquam anni partem in eo concionandi munere Antiochia infumuisse dicendum.

IESU CHRISTI

Annus 424.

CAELESTINI PAP. THEODOSI IMP. ANNUS I. ANNUS 17.

CHRISTI annus quadringentesimus vigesimus quartus Castini & Victoris Consulari describitur, ipsi priori Cosili Castino fidelis: etenim nescio quia ex causa profugus factus, in Africam nauigans, apud Bonifacium Comitem ibi cum copis Gothorum agentem quaesivit sibi salutem. Magna quidem diuini iudicij dispensatione factum est, vt ad eum coactus sit confugere, quem sub se militantem despectit, & vt ab exercitu recedens, & in Africam venerit, compulsi, vt superiori anno narratum est. Exponitur etiam Consularibus Castini nomen, inde postsumus intelligere, quod rescripta Theodosij Imp. hoc anno data, abique Castini Consulis nomine, Victoris tantum collega Consulari notata leguntur.

Extant littere Bonifacij Comitis de fuga Castini in Africam, datae ad S. Augustinum, quae cum breues sint, & de rebus tunc gestis non admodum, hic eas describemus: sic enim se habent:

Domino c. venerabili sancto patri Augustino Episcopo Bonifacius.

Castina ille, priuatusque Consule, vita mea ac nominis omnibus vt notum est persecutus, peiores committens ac fugens factio-nes, quasi meam an me gestarum inueniret donationum, Italia fugiens, meo se in Africam defensionibus tradidit committendum. Omitto, beatissime pater, olim mihi ab eodem in gestis miseris, offensa pericula: fugiens enim, nunc vtque viuo Thracenatus, vt Scythiam euasi, duram inuado sub Consule miles. Sed diuina potentia, qua noui planare sublimia, & alium eluare prostrata, fecit de superbo quod voluit; & hostem meum, me quieto, victoria mihi, qua mouit, addidit. Sufficit pro fratre vili tanta delectio; adorant saraceni clauis; timet Senator barbarum caput, tremuit militum dux. Dolens dicentem ista, pater sancte, cohorreo. Nam videri illi iustissimum Consulem, & primum consilio Senatorum: sed ne conspuita fallacia mali erga me (vt scies) aliquid molitur, putetque se suis iudicibus Romam iudicibus profuturum, & in meo verteret excita; integram de suis sensibus det tua beatitudinis sacramentum, si nullus in eius corde veritatis dolus. Ego autem, per omnia, qua sancta sunt, iuro, quoniam se apud eum animi reperere veritatem, eum inuolumentum a sublimem Itale Romaeque reddam fructu immixtus eius & domitis. Nosti autem erit sua anime, si aliquid in eo suscipi parit inuenere, haec enim Bonifacius, ad quem cuiusmodi haberet Augustini responso:

Domino d. insigni iuratusq. sublimi sibi Bonifacio Augustino Episcopo.

Vt illusterrimus Castinus sacramento se prodidit, quod sit ab o-

mini culpa & erroribus alienus. Quem tibi, vt dicit saceratus ille Soria, adhuc in Palatio posito, falsis suggestionibus circuebat. Sed ne totum, quod tunc agatur, mittatur in medium, detur prolixitati compendium. David ille opilio regnum, parcendo inimico, obtinuit. Christus pro Iulius, qui cum crucis periculo confecerunt, Patrem ne irascatur rogauit; & malignis hominibus veniam miseris condonauit. Credo igitur homini, qui mihi fidele tradidit sacramentum & querit, me pollicente, tua defensione vita subsidium. Sic enim quod eius saluti mihi promissa complebit, haec Augustinus ad Bonifacium timentem, ne sub fugae simulatione Castinus Consulari, iras tyranni in se simulans concitatus, Africam illi prodicione subigeret, tentando fide exerceat, & cum ab ipso Bonifacio auertendo. His vero huius anni exordio de Consule narratis; iam ad res Ecclesiasticas styllum a monitamus.

Hoc ipso anno, qui primus numeratur Caelestini Romani Pontificis, scripsisse ad eum S. Augustinus epistolam reperitur: cui cum in primis grauletur de ipsius electione pacifice facta, quibus ipse vtgeretur molestus, & a subus ab eo liberari optat, significat. Apostolica enim sedis implorat auxilium, ad quam iuste damnatus iniuste admodum appellauerat. Rem gestam autem sic ipse narrat:

In magna (inquit) tribulatione positus, haec ad tuam beatitudinem scripta direxi. Quoniam volens prodesse quibusdam in nostram vicinitate membris Christi, magnam illis cladem imponit & incantus inegit. Fessala dicitur Hipponensis territorio confine castellum: antea ibi nunquam Episcopus fuit, sed simul cum ceteris suis regione ad paraclem Hipponensis Ecclesia pertinebat. Patres habebat illa terra Catholicos; ceteras plebes illic in magna multitudine hominum constitutas. Domatistarum error miserabiliter obtinebat, ita vt in eodem castello nullus esset omnino Catholicus. Actum est cum Dei misericordia, vt omnia ista loca in unitate Ecclesia cohaerent; per quos labores & pericula nostra, longum est explicare: ita vt ibi presbyteri, qui eis congregandos a nobis primitus constituti sunt, expellerentur, debilitarentur, exacerarentur, viderent. Quorum tamen possessiones inuitiles ac steriles non fuerunt, vnitatis illic securitate perfruita. Sed quod ab Hipponememorum castellum nullibus quadraginta seruantur, cum in eis regendo, & eorum reliquis, licet exiguis, collendis, qua in vitroque sexu aberrabant, non minaces vltimus, sed fugaces, me viderem laticius quam oportebat extendi; nec adhibenda sufficerem diligentia, quam certi, & a ratione adhiberi debere cernebam: Episcopum ibi ordinandum constituenamque curari. Quod vt fieri aptum loco illi congruumque requirebam, qui & Punica lingua esset instructus: & habebam, de quo cogitabam; paratum presbyterum; propter quem ordinandum, sanctum senem, qui tunc Primum Numidus gerebat, de longinquo vt veniret, rogans, litteris imperaui: quo iam presente omniumq. vt tanta suspensus animis, ad hoc an non ille, qui mihi paratum videbatur, omnino resiliendo frustraui.

Ego autem, qui vti que (sicut exitus docuit) disserere potius debui, quam periculosum precipere negotium, dum nolo grauisimum & sanctissimum senem ad hoc vsq. fatigatum, sine effectu, propter quem venerat, tam longe ad propria remeare: obtuli non petentibus quemdam adolescentem Antonium, qui necnon tunc erat, in monasterio quidem a nobis a parula aetate nutritum, sed propter lectissimum officium nullis clericatus gradibus & laboribus notum. At illi miseri, quid futurum fuerat ignorantes, offerenti cum mihi obedientissime crediderunt. Quid plura fallum est. Esse illi Episcopus cepit. Quid faciam? nolo quod tuam venerationem et, ut aetate, quem nutriendam collegi: nolo de ferere, quos colligendo timoribus & doloribus parturiri. Et quomodo vtrumque agam, reperire non possum. Res quippe ad tantum scandalum venit, vt cum hic apud nos causas dicerent, qui de illius Episcopatu suspicando, tanquam bene sibi consulerentibus obtinere aue- rant nobis: in quibus causis cum suspitionem erant caput, qua non ab ipsis quibus Episcopus erat, sed a talibus quibusdam obiecia fuerant, probari minime potuissent, atq. ab eis, qua in medijs istis celebrantur, videretur esse purgatus: tam miserandus factus est & nobis & a-ctus, vt quicquid a castellani & illius regionis hominibus de intolerabili dominatione, de rapinis & diuersis oppressionibus & constrictionibus obiciebatur, nequaquam nobis tate videretur, vt propter hoc vel simul concta congesta Episcopatu cohaerentis eius esse priuandum, sed restituenda, qua viderentur ablata.

Denique sententias nostras sic temperamus, vt falso Episcopatu, non tamen omnino impunita relinquuntur, qua non deberent

IV.

Aug. a. 161. DE ORDINATIONE ANTONII EPISCOPI EYSSALENSIS.

V.

ANTONII CRIMINA.

VI.

QVID DE ANTONIO DECRETVM.

imitanda
Aug. 310.
Aug. 318.

VII.

ANTONI
PETVLAN-
TIA.

VIII.
TIMET EX-
EVTORES
MITTAV-
GVSTINVS.

c. 1. Cor. 12.

...vires eadem ipsi deinceps iterumque facienda, vel ceteris vicienda
...Honore itaque integro seruatum inueni corrigendo
...sed corrigendo minime potestatem, ne fallat ea quae videri
...cum quibus se egerat, ut dolore in se cum suis praesertim fore omnino
...non possent, & cum suis illis que periculo in aliquod scelus forsitan e-
...rupturam impatiens sui doloris ostenderent. Quorum talis a-
...nimus etiam tunc, quando cum eis de illo Episcopi egerunt, euiden-
...ter apparuit, cum iam vir spectabilis Celer, de cuius aduersum se pra-
...potenti administratione conquestus est, nullum gerebat vel in Africa
...vel in Italia potestatem. haec ipse. Porro Celer hic, de quo scri-
...bit Augustinus, magistratu fugebatur in Africa ad quem
...ipse alias scribens, prouocat eum contra Donatistas, ut
...illos reprimat. De eodem quoque Celere habetur mentio
...in epistola ad Augustini ad Marcellinum. Roperitur & Ce-
...ler postea gessisse Proconsulatum in Africa sub Consulatu
...Felices & Tauri. His igitur, quae ad Antonij causam specta-
...bant, enarratis, implorans Augustinus Apostolicae sedis
...auxilium sic pergit:

Quod quid multo moror? Collaboro, obsecro, nobiscum, pietate
venerabilis domine beatissime, & debita charitate venerande san-
cte Papa: & tunc tibi, quae directio sunt, omnia recitari. Vide Epi-
scopatum qualiter gesserit: quem admodum iudicio nostro vsque adeo
conferretur communitate priuatus, nisi prius Eussalensibus omnia
redderetur: Lam postea citra. Acta astimantibus rebus solidos sepo-
suerit, ut ei communitate redderetur. Quam versuta suspitione san-
ctum senem Primatum nostrum gratissimum visum, ut ei causa cre-
deret, quem velut omnimodo inculpatum venerando Pope Bonifa-
cio commendaret induerit, & cetera a me quid opus est recoli, cum
memoratus venerabilis senex ad tuam sanctimoniam vniuersa re-
tulit: In illis autem multiplicibus Gestis, quibus de illo nostrum iu-
dicium continetur, magis debet vereri, ne tibi minus seueri quam
oportet, iudicasse videatur: nisi seueri vos tam propensos ad mi-
sericordiam, ut non solum nobis, quia illi peperimus, verum etiam
ipsi existimetis esse parcendum. Sed ille quod a nobis aut benigne
aut remisse factum est, in praescriptionem vertere ac vsurpare cona-
tur. Clamat: Aut in mea cathedra sedere debet, aut Episcopus esse
non debet, quasi nunc sedeat nisi in sua: propter hoc enim loca illa
eidem dimissa atque permissa sunt, in quibus prius Episcopus erat, ne
in aliena cathedra contra statuta Patrum translatum illicite diceret-
ur. Aut vero quisquam ita esse debet seueri, siue lenitatis
exactor, ut qui non nisi sua sui Episcopatus honore priuandi, nullo
modo in eis aliquid vindicetur: aut in quibus aliquid e ipsam fuerit
vindicandum, Episcopatus honore priuatur? Existat exemplo, i-
psa sede Apostolica iudicante, vel aliorum indicata firmante, quos-
dam pro culpa quibusdam nec Episcopatus spoliatis honore, nec reli-
quos omnimodo impositos, &c. haec Augustinus, subdens &
ostendens compluribus aliorum exemplis, aliquot Episco-
pos in Africa esse punitos, ut tamen honor Episcopatus
ab eis non fuerit ablati. His alia addit, quibus indicat,
Antonium ab Africanis Episcopis ea sententia condem-
natum prouocasse ad Bonifacium Papam, qui in ea causa
rescripserat pro Antonio, si tamen, sicut ipse exposuerat,
res haberet.

Quod vero vulgo ferretur, affore executores ab Apo-
stolica sede directos in Africam, qui Antonium in sedem
suam restituerent: his auditis cum illi essent penitus con-
sternati, id ne accideret, idem Augustinus Caeselinum
vehementer rogat his verbis: Non sinas ista fieri, obsecro te
per Christi sanguinem, per Apostoli Petri memoriam, qui Christia-
norum praepositos populorum inuenit, ne violenter dominentur inter
fratres, &c. Quid autem ipse Augustinus statuerit anti-
mo, si pessimum hominem contingeret in sedem restitui
per Romanum Pontificem, dolens ita subdit: Me sane, quod
consistendum est beatitudini tuae, in isto viro utique periculo tantus
timor & maior excurat, ut ad officio cogitem gerendi Episcopatum
abscedere, si per eum, cuius Episcopatus per imprudenciam suffragatus
sum, videri Ecclesiam Dei, & quod Deus auertat, etiam cum va-
slantu perditione perire conspexerit. Recolens enim quod ait Apo-
stolus c. Si nosmetipsos iudicauerimus, a Domino non iudicabimur: iu-
dicabo me ipsum, ut parcat mihi, qui iudicaturus est vivos & mor-
tuos. Si autem & membra Christi, quae in illa regione sunt, ab excru-
ciantis timore & tristitia recreauerit, & meam senectutem hac miserico-
rdia iustitia fuerit consolatus: retribuatur tibi & in praesenti & in futu-
ra vita, qui per te nobis in ista tribulatione succurrit, & qui te in illa

...sede constituit, haec tenus Augustinus, summo (ut vides) animi
angore confectus.
Annuisse quidem Augustino Caeselinum Romanum
Pontificem, inde certam capimus coniecturam, quod idem
Caeselinus vehementer ipsum coluit Augustinum, & lau-
dibus iustitiae celebravit (ut ex ipsius Augustini litteris in-
ferri potest) etiamdemque scripta facta recta voluit
in Ecclesia esse defendi & custodita. Haec enim par est cre-
dere, Caeselinum haec rogatum & ex eius expectentem
Augustinum, negando, in vehementiore merore in vo-
luisse conicere, quem dilexisset, & magno in honore ha-
buisset, certum est. Quod insuper conler post haec perse-
uerasse Augustinum fuit Hippoensi Ecclesiae Episcopum
praefidere; atque manifestum iudicium est; ex animo eius
sententia Caeselinum in eadem causa rescripserit. Vidisti,
lector, Ecclesiastici iudicij praxim; & ex his, pato, in me-
moriarum reuocasti, quae superius dicta sunt de vsu appella-
tionis ad Romanam Ecclesiam, & sententia expectati soli-
ta ab eadem: ut nihil aduersus huiusmodi aliquando obui-
si sint Episcopi Africanis, sed tantum in eo refragari, quod
ministri executores cum apparitura militari mitterentur.
Sed & haec interdum, cum opus est, iure sancteque fieri, ex
eiusdem Augustini sententia superius est demonstratum. Me-
morat autem huius epistole Augustini ad Caeselinum Pos-
fidius in Indiculo d.

Quod vero ad Ioannem tyranni conatum pertinet: ten-
tasse hoc anno iungere sibi Africam, cui (ut dictum est)
Bonifacius praerat, sed restitisse illum, Prosper in Chro-
nico sub huius anni Consulis docet his verbis: Ioannes
dum Africam, quam Bonifacius obtinebat, bello repossit, ad deso-
sionem suam infirmior factus est, ob id salicet, quod milites
misit in Africam, eam sibi vendicaturus iure belli prouin-
ciam. Haec plane etiam duabus brevioribus illis Augustini
& Bonifacii epistolis significatur, quarum prior Augu-
stini ad Bonifacium sic paucis scripta est habet:

Africa licet (ut audio) miles attigit transfrastrinus. Sed cuius
meriti dicit, qui ad Catholicam veritatem dissentit? Quid orem (sicut
oportet) ignoro. Adest quidem Africa olim paratum in Italia bellum:
sed tamen non inuideo sibi carissime, Romam, sed dico quod sentis.
Non dabit, Diuinitate inuente, Catholicus hereticis terga. Tu
vidis intentio stragatur ad Dominum, non militem timebis, non Gothum
nisi Romanum, haec tenus ipse quod Bonifacius valde pius pu-
gnaturus esset aduersus milites, quos Ioannes tyrannus im-
pius in Africam miserat. Sed quae ad haec Bonifacius fandi:
Scio, quod sit tua familiaritas pro mea vita sollicita: at quae
uersus me tyrannus ille ordinaverit ac disponat, utroque tuum
sacrum scriberet, noni. Obuiatus, ad matrem vltro tenden-
tibus, quos nostra victoria (ut credimus) faciet Christus additos.
Sed si erga me nequeque omnes alii valuerit ordinare Diuinitas:
parare, ut animam liberet Deus, & dabitur competens aduersario se-
cunda vice responsio. In pagina enim vtriusque desinat furor, sed Deus
inspicit causas. Legit or a, ut dixi; & vincet vna Trinitas nobis. haec
Bonifacius dux exercitus, cum rennisset expectam a tyran-
no Africe deditonem.

Inter haec autem aduersus eundem Ioannem tyrannu
Theodosius Imperator mittit exercitum in Occidentem,
sub duce celestissimo Ardaburio, sed, Deo sic disponente,
ne militu viribus, vel prudentiae ducis, sed diuinae potestate
adherberetur tyranni extinctio, factum est, ut res longe
diuersum ab expectato atque sperato finem fuerit consecuta.
Narat rem paucis Socrates istis verbis: Ardaburius cum Sa-
lonas venisset, transfuit in Aquilicam, ventoque aduerso stante in
manus tyranni delatus est. Qui, illo comprehenso, spem concepit,
Theodosium necessitate compulsum fore, modo Ardaburium ducem
suum saluum vellet, vti ipsum crearet, declararet que Imperatorum.
His auditis, & Theodosius, & exercitus, etiam contra tyrannum
missus, anxio & sollicito animo fuit, ne quid mali Ardaburio a tyran-
no pereretur, haec Socrates. Quomodo autem, misso Aspa-
re filio Ardaburij, & pater eius est liberatus, & tyrannus
extinctus, dicemus suo tempore anno sequenti.

Quod ad res pertinet Orientis Ecclesiae: Theodoretus,
que anno superius creati diximus Episcopum Cynicu-
itatis, oedigenas (ut ipse testatur) sub le parccias habetis,
cum regonem illam Matconis hereticis confertam

videret.

IX.
CAELETINVS PAPA
ANNVS AVGVSTI-
NO.
d. Poffidius
X.
IOANNES
TENTAT
AFRICAM
XI.
AVGVSTINVS AD
BONIFACIUM
XII.
AVGVSTINVS
XIII.
ARDABURIVS
A TYRANNO
CAPTIVS
XIV.
THEODOSIVS
RETVLAT
BONIFACIUM
ADVERSVS
MARCIONITAS

videret, ad eos ab errore liberandos primum omnium adiecit animi, sicq; vt ex ipsius litteris a patre plusquam decem millia ipsorum ad Ecclesiam Catholicam conuertit; cum vel vnum ex eis ipsum esse lucratum, quasi miraculum videri poterat: nam factus est inuenire Marcionitiam a Gentilibus olim occidit, quam a Christianis Ecclesiae reddidit. Hoc plane munere persuasum habeo eundem Theodoretum adeo sibi Deum concillasse, vt licet in castris Nestorianorum aliquando militauerit, demum in Ecclesiam, defertor factus impietatis, redierit, atque sancto fine quieuerit. Sed age iam aliquid ex certaminibus eius aduersus Marcionitas ab eo editis referamus, ex quo reliqua plura eius certamina, quae nos latent, cogitatione saltem allequi possumus. Ipse enim in historia sanctorum Patrum, cum res praeterlatae gestas a S. Iacobo anachoreta memorie prodidit, haec de his habet:

XV. Execrandus Marcio multas spinas impietatis seminavit in regione vrbis Cyni. Eas cum conaret euellere radicitus, omnem laborem subibat, & omnibus machinis assidue utebatur. Qui autem mox fruebantur cultura, cum me eo nomine deberent diligere; detrahebant mihi: ego autem orabam, & reddebant mala pro bonis & odium pro dilectione mea: & iniquis videntibus, & malignorum freni ore damnorum, conturbantur bellum gerere, quod sub visum non caderet. Et noctu venit quidam demon exitialis, clamans, & lingua vitens Syriaca: Cur (inquiens) tu bellum geris cum Marcione? Cur hanc pugnam aduersus eum suscipis? Quoniam is te vniquam efficit molestus: Desine belligare: desiste a malevolentia: aut disces experientia, quantum bonum sit quieti. Scias quod te tantum confosidissim, nisi chorum martyrum te custodientem vidissem cum Iacobo. Haec ego audiui, & dixi eundem ex familiaribus, qui prope me dormiebat: Audis (inquam) quae dicuntur? Ille vero: Omnia (inquit) audiui: & cum vellem iurgare & respicere, & scire quis loqueretur, tua causa quiescit, quia te putarem quiescere. Ambo itaque surgentes, respeximus; neque vllum, qui moueretur, vidimus: nec qui loqueretur, audiuimus. Illa verba alij quoque, qui nobiscum habitabant, audiverunt. Intellexi igitur, quod martyrum quidem chorum dicebat lectum olei martyrum, qui cum a multis martyribus collectam haberet benedictionem, pendebat in meo lecto. Sub meo autem capite erat in equi Iacobi rectus amictus, qui quousi clausura admanitio fuit mihi validior.

XVI. Quinetiam cum corundem Marcionitarum maximum vicium & sem inueneris; deinde multa essent intermedia, quae mihi prohibebant exitum: nisi ad meum Isaacum, rogans, vt diuini nom conspiceret accessum. Ille vero: Ego (inquit) homo animo. Solus sum omnia illa impedimenta in ista te late arcearum: idque noctu me docuit Dominus non in somno abstrahens, sed te vera ostendens. Vnde enim aiebat) cum incepissem hymnodia, in illa parte, in qua loca sita sunt, serpentem quemdam ignis speciem praesentem, qui ab Occidente reptabat in Orientem, & seruebatur per medium aere. Cum orationes autem tres perlegissem, rursus vidi inflexum & orbiculatam ostendentem figuram, & eius caudam capiti emittentem. Cum rursus autem octo orationes aboluissim, assexi eum in duas partes dissecum: & in suum resolutum. Haec ipse Iacobus quidem prauidit: nos autem vidimus eorum, qui consentit eius praedictioni. Mane enim mali auctoris demonis imperio parentes, qui olim quidem erant, scilicet Marcionis, nunc autem sunt classis Apostolicae; ab Occidente profecti, nudos nobis enses ostendebant. Hoc autem die tertio simul coacti, eorum gregem sine solum custodire, sicut serpenti qui cauda caput suum contextit. Octava autem disperi dederunt nobis locum ingrediendi in vicium. Statim autem in omnis serpentem factum ex terri materia, qui ab his adorabatur: Cum enim aduersus oppidum & vniuersorum creatorem bellum aperte suscepissent, excoerandam serpentem, tanquam illum hostem, colere intendebant. Talia ego beneficia a mihi venerandis capite sum consecutus.

XVII. Quoniam autem diuinarum reuelationum narrationem ingressa est oratio: age narrabo, quae audiui ab illa lingua ab omni mendacia & abentia. Narrabat non vlla gloria inductus cupiditate (fuit enim diuina anima illa ab eo vicio remotissima) sed cum illum quoniam vno cogebat dicere quae volebat celare. Supplex ab eo contendebam, vt oraret Deum vniuersorum: vt redderet mihi segetem mundam, a Zizanij; & a seminibus hereticis eam omnino liberaret: me enim valde angebat abominandi Marcionis error, qui plurimum inualuerat. Dixit itaque ad me oratio: Nec me, nec vllis alio tibi opus est ad Deum intercessore. Habes enim Iohannem illum insignem,

Verbi vocem, Dominus praecursorem, has pro te preces assidue offerentem. Cum autem ego dicerem, me & eius credere orationibus, & aliorum sanctorum Apostolorum & Prophetarum, quorum alius nuper delata sunt reliquiae: Ego (inquit) homo animo. Habes Iohannem Baptistam. Sed nec eum sic passus sum silere: sed multo magis virgebam, interrogans, & scire desiderans, cur eius patris meminisset. Ille autem: Vellem (inquit) amplius & desulcari eius amabilem reliquias. Cum autem dixissem: Non afferam eas: nisi pollutatus fueris te ea dicturum, quae videris; atque ipse quidem est pollutatus. Ego vero postridie artuli ea, quae desiderabat: & cum omnes iussisset abscedere, haec mihi sibi narrauit:

Quando bus (inquit) ciuitatis patronos, qui a Phoenicia uenerant & Palaestina, cum Dauidica excepisti chorea: venit mihi in mentem cogitare, non haec essent illius insignis Iohannis reliquiae, & non aliteris martyris, qui eius esset nominis. Post vnum ergo diem ego quidem stabam ad huiusmodi decantandos: vides autem quendam candida veste indutum, atque dicentem: Frater Iacobe, cur nobis aduenientibus non venisti obuiam? Cum autem ego rogarem, quis tuum esset: respondit, dicens: Qui a Phoenicia & Palaestina nuper primus; & cum propitio & alacri animo nos omnes excepissent, & pastor & populus & ciues & rustici, tu solus eorum honori non fuisti particeps. Innuet autem eam, quae fuerat dubitacionem. Ad haec ergo dixit se dixisse: Absentibus & vobis & aliis & vos honoro, & adoro Deum vniuersorum, rursus autem die sequenti, eodem tempore, cum ille ipse apparuisset: Vides (inquit) frater Iacobe eum illic stantem, cuius quidem vestis est colore mihi similis: est autem prope illum postus ignis clibani. Cum autem ego illuc oculos conuerissem, & illud esse Iohannem Baptistam conuersissem; nam & vestitus erat indutus, & manum habebat vt baptizans: Is est (inquit) quem tu conuicisti. Quinetiam (inquit Iacobus) cum tu aliquando noctu ad primum vicium ad saltum, eos docturus abires; & vt ego maiori & vehementiori studio Deo offerre orationem mandasset: tota nocte vigilauit, rogans Dominum. Deinde audiui vocem dicentem: Ne times, d Iacobe: Magnus enim Iohannes Baptista tota nocte orat Deum vniuersorum. Facta enim fuisset magna caedis, nisi illius intercessione remissa fuisset diabolica audacia. Haec cum mihi narraisset, praecipit, vt ego solus scirem, & ne alios assumerem confisos. Ego autem vtilitatis gratia non solum multis narraui, sed etiam mandis scriptis, haecenus de his Theodoretus, acceptam ferens conuersionem Marcionitarum S. Iohannis Baptistae precibus, & Iacobi anachoretae apud Deum pro ea causa legatione fungentis.

XVIII. Porro non solum cum Marcionitis fuit Theodoretus confingendum, sed cum aliis quoque hereticis suam ipsius Ecclesiam labefactantibus, de quibus ipse ad Nomi Consularem haec habet d: Vicos octo Marcionis heresi laborantes vna cum vicinis locis ad veritatis agnitionem libenti animo duxi: alium praeterea vicium Euanoniarum plenam, & alium Arizianorum in lucem veritatis accedere procuravi: & diuina ope, ne vnum quidem apud nos extitit hereticorum zizanium, aut germen. Nec ista sine periculo feci, sed sanguinem sapinis effudi meum; sepe etiam ab ipsi lapidatus fui, & sepe ad infernum & mortis portas perueni. Sed iam insperatus factus sum, dum glorior: haec autem ex necessitate, non autem ex animo a me dicta sunt, hoc etiam beatissimus Paulus facere aliquando coactus est, haec quidem ipse, cum grauissimarum procellarum impetu quateretur, prodere coactus est, vt suo loco dicemus. Rursus vero idem ipse eade per motus occasione, in epistola qualescripta ad Cultores vitae monasticae haec de iudicio e: Ego vero iuge & suspirio, quod eas, quasi paulo ante illis, qui Iacobi Marcionis erant insecti, artuli demonstrationes, ex quibus plures quam decem millia, diuina gratia & opere, ad sanctissimum duxi baptismum, eadem nunc illis, qui habitus sunt nobiscum Fideles, ob eam quae orta est infirmitas & heresis, iterum afferre me cogit, in testimonium scilicet bene administratae Ecclesiae. Porro ex hoc numero decem millium Marcionitarum ad Deum conuersorum restitutus est textus eiusdem Theodoreti in epistola ad S. Leonem Papam, vbi legitur mille, loco decem millium. Sed de Theodoreti rebus gestis, capitis anno superiori ipse Episcopus huius exordio, in his, quae ipse ad Marcionitarum conuersionem, modo satis. Illud vero nunc non praetercidum, ipse quoque testificatione exploratum haberi, tempore Theodoti, & eius, qui ante eum praefuit Ecclesiae Antiochena, & qui postea, immo & postquam Iohannem subrogatus est Dominus Episcopus, ipsum Theodoretum

XVIII

IOANNIS BAPTISTAE APPARITIONE.

XIX.

Theod. e. LABORES THEODORETI ADVERSUS HAERETICOS.

Theod. epi. 146.

THEODORETI DOCTRI. ANTIOCHIAE.

Theod. 18.
95.

periculerat Antiochie docere populum. testatur id quidem ipse in epistola ad Diocorum Episcopum Alexandrinum.

IESV CHRISTI

Annus 425.

CELESTINI PAP. THEODOSII S. IMP.
ANNUS 2. VALENTINI I.

I. VALENTINVS AVGVSTVS.

b Prosper in Chron. c. Secret. l. 7 c. 24. c. Secret. l. 7 c. 25.

II.

c Secret. l. 7 c. 27. DIVINA VIRTUTE SUPERATVR IOANNES ET OCCIDENTVR.

III.

FILIAS THEODOSII GRATIA RVM ACTIONE.

IV.

c Pr. 10. Chr. v. AETIVS POTENS HVNNO RVM EXERCITV.

SEQUENS annus Domini quadringentesimus vigesimus quintus, Consulibus Theodosio Aug. vndecies & Valentiniano Caesare eius consobino, Occidentali Imperio felix illuxit: cum, extincto Ioanne tyranno, reddita pace, ipse Valentinianus à Theodosio Augustus est appellatus, vt S. Prosper b. Socrates & Marcellinus d. testatur. Id autem hoc anno contrigisse, die vero decimo Kalend. Nouembri, idem Socrates tradit, qui addit, videntem ipsam Valentinianum Constantinopolim, egritudine detentum fuisse Thessalonice, accepitque eibi per Helionem Patricium à Theodosio Imperij coronam. Verum hæc de morbo euenisse anno superiori, ex eo redditur exploratum, diliquet hoc ipso anno eundem Valentinianum Augustum mensè Iulij fuisse Aquileia, vni rescripta ab eo ibi data declarant, de quibus agemus inferius.

Sed quomodo se habuerit Ioannis tyranni exitum, à Socrate describuntur ponimus: *Aspa* (inquit) *isium Ardarium, cum & patrem à tyranno comprehensum, & infinitos barbarorum copias ad auxilia tyranno ferenda accepisse, certis factis esset, euenit in certis armis erat, quid esset. Itaq; prece p̄ Imperatoris illo tempore in iam plurimum momenti habuisse, constabat. Nam Angelus Dei in habitu & forma postans discemitur in Aspari se prebuit, & per signum Rucina adiacens (in ea namque ciuitate tyrannus commoratus, ducem Ardarium tenuit) copias eius deduxit, quæ via nemo unquam iter fecisse commemoratur. Deus igitur, quæ transiri non poterat, transitum Aspari patefecit. Ille tum copias per flagnum, cuius aqua diuina ope penitus exarsit, transiit, portæ ciuitatis, quas aperta ostendit, ingressus, tyrannum opprimuit.*

Quo tempore etiam Imperator sanctissimus (cuiusmodi Circensibus peragenti significatum est, tyrannum à medio sublatum esse) suam eximiam erga Deum pietatem perficere declarauit. Sic enim populum affatur: *Relictis his oblectamentis, ad hæc potius (si videtur) nos referamus, & ad ecclesiam profecti preces Deo, quibus illi pro tyranno ipsius in manu occisæ gratias gratias, profundamus. Quæ tunc dixisset, non modo spectaculis suis & positus fuit, verum etiam omnibus illis neglectis, per medium Circum, vna voce gratiarum actionem pariter cum Imperatore decantantes, inuenit, rediitque ad ecclesiam Dei contulerunt. hæc Socrates: qui caute quidem atq; prudenter facta hæc non à Paris ducis virtuti, sed Imperatoris religioni esse accepta ferenda, docet. Et enim constat, tum Ardarium, tum Asparem eius filium militie magistro, cæca fuisse Arianos, de quibus inferius pluribus dicendum erit. Hic finis tyranni, qui Imperij sui primordia ab imminutione Ecclesie iurium est auspicatus. Vides, quomodo Spiritu Dei flante, bulla tu mens repente dirupta est.*

At non hic finis belli, siquidem post extinctum Ioannem tyrannum, conflegendum etiam fuit cum Actio fortissimo duce, sub se habente sexaginta milia barbarorum, quos fuisse Hunnos, Prosper affirmat. Sed pugnatum est, & vtrique ex de peractis, sic res inter eos compolite sunt, vt Actius auctus Comitatus dignitate, ab Imperatore reciperetur; Hunni vero aut donati, ad propria remitterentur. Sic igitur Dei ope factum est, vt maximus Orbis motus breui temporis spatio sedatus fuerit, extincto nequissimo Imperij perduelle, & barbaris, qui vocati fuerat in Italiam, abique provincialium damno pacifice abire iussis, Gallia Placidia Angusta cum Valentiniano filio Augusto in Italia summa pace regnabat. Quorum quidem felicitatis hoc tempore præ grande cultum aureum numisma hic tibi formis reddendum putauimus, in cuius altera par-

te Valentinianum Augustum habes, dextera volumen (vt cœditur) Euangelij, sinistra super globum geminam crucem margaritis ornatum tenentem: altera vero partem tuas ipsam Placidiam Augustam, dextera crigentem, qua oppressa à tyranno iacebat, Italiam; sinistra vero gemmatam crucem gestantem, cuius potentia Occidentale Imperium, post Honorij obitum à tyranno præceptum, abique vilo ferme negotio recepit.



Verum hæc omnia (vt dictum est) præci omnes historici Theodosij pietati tribuerunt, qui ob Catholice religionis patrocinium tot tantaque à Deo beneficia consecuti meruit, dum piis sanctisque operibus diuinum sibi nomen conciliauit, vt ipsius exordio exortæ tyrannidis ante animi superiores abunde satis diximus: quibus plane iungenda sunt, quæ idem Theodosius Imperator, huius quoque anni exordio, ac deinceps pro Christiana religione decreta sancit; vt de ad prospera cuncta gerenda Diuinitatem reddidit sibi propriam. Mensis enim Februarij ipsi Kalendis ad Asclepiodotum PP. ita scripsit de sacris festis diebus religiose sancteque absque spectaculorum impuritate seruandis:

Domino, qui septimana totius primus est dies, & Natale atque Epiphaniæ Christi, Pascha, & in Quinquagesima diebus quamdiu caelestis lumen Laucri innotuit, tanta nouam sancti baptisimi in eum vestimenta resatur, quo tempore & memoratio apostolica possessionis totius Christianitatis monstrata à concilio rite celebratur: eorum Theatrorum atque Circensium voluptate per vniuersas vrbes eandem populis denegata, tota Christianorum ac Fidei mentes Dei cultibus occupentur. Si qui etiam ludæi impietatis auerentia, vel hostis Persecutionis erroris & insania detinentur, aliud esse suppliciorum nomen recipere aliud voluptatum. At ne quis existimet in honorem nominis nostri, veluti maiore quadam Imperialis officij necessitate obelli, & nisi diuina religio interrupta, spectaculis operæ præferat, eundem sortitu sibi nostræ serenitatis ostentari, immo circa nos de uoluptatibus ostendit, quam solent: nemo ambigat, quod tunc maxime in infirmitudine nostræ ab humano genere desertit, cum virtutibus Dei omnipotentis ac meritis vniuersi obsequium Orbis impenditur. Dat. Kal. Februarij. Constantinopoli, Theodosio A. XI. & Valentiniano Cæs. Cæs. hæc idcirco, quod in spectaculis coronare ioleret imagines Imperatorum, & fauilit eas acclamationibus, profectus; quibus quidem ob propensiores diuinum cultum festis diebus exhibendū, Imperator volens libensque cedere voluit. Qui autem præcipui festi dies essent apud Christianos, & celebriori honore recepti, eadem sanctione significauerunt.

Sed & Valentinianus pro acceptis adeo insignibus à Deo muneribus, pro gratiarum actione plas valde hoc anno sub illdem Consulibus edidit sanctiones: adeo vt nihil sibi antiquius huic usum fuerit, quã vt ea, quæ Ioannes tyrannus abtulerat, priuilegia Ecclesie conceisset, illibata seruanda debere, edita sanctione, cunctis redderet manifestum, ita rescribens ad Georgium Proconsulem Africae:

Priuilegia præterita à mi legum, Ecclesie, sine clericis delata, seruetur, & Dat. prid. No. Iulij. Aquileia, D. N. Theod. Aug. XI. & Valentin. Cæs. Cæs. & ad Ballum Comitem Rerum priuatarum idem hæc mensis Odobris I: Priuilegia Ecclesiarum omnium, quæ seculo nostro tyrannus immederat, proinde de uotione reuocamus: scilicet, vt quæquid à diuini Principibus constitutum est, vel quæ singulis quique Auctores pro causis Ecclesie iusticia imperauerunt, sub pena sacrilegij, nequa subdita aternitate seruentur. Clerici etiam, quos in sacris ad sacros iudices debere delatus, in sacris præsumptor excoerent, Episcopali audientia referantur. Fati enim non est, vt diuini muneris

C. 100
100
V. 10

SV
8